

IV. In hunc errorem successerunt Albigenes, teste S. Antonio, in *Sum. p. 4. tit. 11. cap. 7. §. 5.* sacramenta ab existentibus in peccato mortali collata, ut irrita respicientes. Albigenibus praevalent Waldenses, seculo 12. volentes, corpus Christi a quolibet etiam laico confici posse; dummodo iustus, ac probus conficeretur; quia per malos Sacerdotes confici posse negabant.

Qui vero errorem hunc audacius, & apertius professus est, fuit Joan. Wiclefius; cuius est articulus a Concilio Constantiensi, Sess. 8. damnatus, nu. 4. *Si episcopus, vel sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat:* Cui adhuc Joannem Hus censent non pauci. De hoc aliqua diximus, *Tem. 1. in l. 1. Qu. 6. de Lege humana, Dub. 6. §. 2.*

## §. II.

## Veritas Catholica.

V. Deo, Minister Ecclesiae, est peccator, malus, non deus: fuit esse verus Ecclesiae Minister: ideoque in eo non requiritur sanctitas, ut valide conferat, & conficiat sacramentum. Sequitur ex dictis, Dubi. praecedente. Nam si non officii valori sacramenti infidelis Minister, quae maximum peccatum est; multo minus officium cetera peccata, quae peccatorem extra Ecclesiam non ponunt, ut facit infidelitas, sed cum intra Ecclesiam gremium relinquunt Praesertim, quia, ex his dictis potestas conficiendi sacramenta non est ex his donis, quae subiectum Deo gratum faciunt, vel necessario supponant, sed quae aliorum utilitatem, ac salutem ordinantur, quae gratis dantur dicuntur.

VI. Probo ergo primo, Peccatum mortale non efficit, ut quis a sua potestate, jurisdictione, aut praefectura cadat. Peccatores enim erant Scribae, & Pharisei; unde monuit Christus, *Matth. 23. ver. 3.* secundum opera eorum nolite facere: & tamen ibidem dixit: *Quomodo dixeris vobis, servate, & facite.* Si ergo verbum Dei ab impio praedicatum efficaciam habet: cur non & sacramentum? Recolatur quae §. praecedente, ex S. Bernardo, diximus.

Confirmatur, ex S. August. *Tract. 5. in Joann.* sic Donatistas arguit. Baptismus debet Judae, & non baptizatum est post Judam: dedit Joannes, & baptizatum est post Joannem. Quia si datus est a Juda Baptismus, Christi erat: qui autem a Joanne datus est, Joannis erat. Non Judam Joannem: sed Baptismus Christi, etiam per Judam manus datus, Baptismus Joannis, etiam per manus Joannis datus, recte praeparatur. Quia a quocunque conferatur, dummodo sit Baptismus Christi, Christus est qui baptizat. Virtus enim, & merita Christi sunt, quae efficaciam dant Baptismo, non meritum Ministri.

VII. Veritatem hinc probat S. Thom. 3. part. qu. 64. art. 5. in corp. Minister (inquit) Ecclesia instrumentaliter operatur in sacramentis... Instrumentum autem non agit secundum propriam formam, aut virtutem, sed secundum virtutem ejus, a quo movetur. Et ideo accidit instrumentum, in quantum est instrumentum, qualemqueque formam, vel virtutem habent, praeter id, quod exigitur ad rationem instrumenti: sicut quod corpus Medici, quod est instrumentum animae habentis artem, sit sanum, vel infirmum; & sicut quod scilicet, per quam transit aqua, sit argentea, vel plumbea. Unde Minister Ecclesiae possunt sacramenta conferre, etiam si sint mali. Hinc S. Thom. Quare S. August. *Tract. 5. in Joann.* ait: Quid tibi facit malus Minister, ubi bonus est Dominus?

VIII. Aliis rationibus a simili ostendunt SS. Patres Gregorius Nazianzenus, Orat. 40. de Baptismo: Sicut (inquit) duo annuli, est unus aureus sit, alter ferreus; si tamen ambo eandem Imperatoris imaginem, in sculptura habuerint, eandem impressionem in cera relinquant: quia discrimen in materia est, non in signo. Sic quavis alius alium, vicia probitate antecellat, eandem tamen Baptismi vim est.

S. August. lib. 3. contra Cresconium, cap. 8. ex illo Pauli, 1. Cor. 3. ver. 7. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus: infert, quod vis feminis ad propagandum fructus plantatorum, vel rigorem operarium non expectat: Quae mens operatur, quae laborat intentione, utrum Dominum agri fructus diligit, an sua, vel illius lucra conquiret. *Tract. 5. in Joann.* ducta similitudine ab aqua, quae in canali lapideo nihil producit, bene tamen in terra fertilis; & a luce, quae est per immunda transiens, non inquinatur: sed non contaminatur donum Christi, quod per illum fluit purum, quod per illum transit liquidum ad fructum terram. Pura quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum terram non potest: & per Epidemiam canalem transit aqua, ad arboris in canali lapideo nihil operatur, sed tamen boreis plurimum fructum offert. Spiritus enim virtus sacramenti ita est, ut lux, & ab illuminandis pura excipitur; & si per immundos transiens, non inquinatur.

Ex his potest sic discursu: Iniquitas Ministri se habet respectu sacramenti, aut conficiendi, aut conferendi, sicut corporis habitu in Medico respectu curationis; sicut animus pravus operarii respectu agri, quem colit sicut metallum sigilli respectu effigiei, quam imprimit; sicut materia, ex qua comitatur canalis, per quem aqua in hortum vehitur; & sicut fordidus locus, per quem transit lux: sed nec infirmitas corporalis Medici, nec metallum, ex quo sigillum confectum est; nec malus animus operarii, nec materia ex qua constat canalis, neque medium, per quod transit lux, nocuum mentum afferunt, aut curationi infirmi, aut fertilitati agri, aut imaginis, aut aquae, aut luci; ergo neque Ministri iniquitas non

est sacramento, quando ab eo conficitur, secundum ritum a Christo institutum.

IX. Probo secundo, ex S. Thom. in 4. Contr. Gen. cap. 77. De bonitate, vel malitia alicuius hominis non judicare non potest: hoc enim solus Deus est, qui ocula cordis rimatur. Si igitur malitia Ministri impedit conferre sacramenti effectum; homo semper dubius esset de validitate sacramenti, & consequenter de sua salute. Hinc ratio maxime urget contra Wiclefium volentem, Ministris debere esse de numero praedestinatorum. Si enim hoc requireretur ad validitatem sacramenti; quis esset certus, se illud recepisse? Quis enim certus esse potest, Ministrum esse de numero praedestinatorum, qui soli Deo est notus: & dicit Ecclesiastes, cap. 9. ver. 1. *Sunt justis, aequi sapientes, & opera eorum in manu Dei:* & tamen nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit. Si igitur homo hoc de se ipso non scit; multo minus sciet de altero.

Neque est idem de intentione Ministri. Nam de ea certitudinem prudentialem habere possumus: dum enim vidimus, eum, quae ab Ecclesia praescripta sunt, serio peragere; certi sumus moraliter de ejus intentione faciendi, quod facit Ecclesia. At eum esse praedestinatorum, quo colligere possumus, quod deceptioni non subit? Quamvis enim appareat iustus, & innocens; quis non certus facit, eum coram Deo esse talem, & rursus, eum pervertentem usque in finem, & salutum fore?

X. Dicebant Donatistae, se non excludere Ministrum latenter malum, sed malum publice, ac notorie. Sed respondeo, Si malitia interius latens Ministri, sanctitatem, ac veritatem sacramenti non nocet; cur noceret si in publicum prodiret? Ita arguebat Cresconium S. August. lib. 3. cap. 5. Nam nec cum Minister iniquus occidit est, a quo tamen datus Baptismus non recedat; nec omnia tibi verba sua, ista replicari possunt: quia & purificat maculatos, & abluit fordidum, mundat immundos; & dat infidelis fidem, & criminosis efficit innocentem. Quia vero reprobant Cresconius: Non ipse sed factus est bona quomodo inanis, & falsa. Exclamat Augustinus, Oh scelus, ubi pervertitur... Ita ne ad mundandum hominem, quando boni Ministri defuerint vera vita, & tunc mali Ministri falsa sufficit facta, quae hoc efficit, quod efficit bona vita; ut ad hominem sanctificandum, quando mali Ministri laeserint, multum deo minister salutaris: hoc eorum ideo, ne dicatur, quod dicimus: sive a fidelis, sive a perfido disponatur sacramentum, quicquid percipiat, non sanctificatur, nisi Deo. Ita S. Augustinus.

XI. Probat tertio, ex eodem Sancto Thoma loco citato: Inconveniens videtur, quod semper sua salute in bonitate puri hominis ponat; dicitur enim, *Joan. 17. Maledictus homo, qui confidit in homine.* Sed si bona salutem consequi per sacramenta non speraret, nisi a bono Ministro dispensata, videtur spem sua salutis aliquantulum in homine ponere. Ut ergo spem nostrae salutis in Christo ponamus, qui est Deus & homo; confitemur dum est, quod sacramenta sunt salutaria ex virtute Christi, sive per bonos sive per malos Ministrum dispensentur. Hanc rationem mire illustrat S. Augustinus, *Tract. 5. fere toto in Joannem.*

## §. III.

## Objectionibus sic satis.

XII. Primo obijciunt. Saltem in Ministro absolutionis esse debet sanctitas. Et probant sic. Qui non habet Spiritum Sanctum, non potest remittere peccata: dicit enim Christus, *Joan. 20. v. 21. Accipite Spiritum Sanctum; deinde: Quorum remiseritis peccata, remittentur eis.* Ubi pro fundamento potestatis remittendi peccata, ponit habere Spiritum Sanctum.

Respondeo, dicitur conf. Habere Spiritum Sanctum operantem per ipsum ad alium alterius, co-conf. Inhabitantem in ipso per gratiam, nego conf. Ita S. Augustinus, lib. 2. contra Epistolam Parmeniani, cap. 11. dicens: Spiritus autem Sanctus in Ecclesia praesens, vel Minister sit inest, ut si scilicet non est, operatur per eum Spiritus, & ejus mercedem in salutem sempernam, & eorum regenerationem, vel adificationem, qui per eum sive consecrantur, sive evangelizantur. Si autem scilicet est... deest quidem salutis ejus... Ministerium tamen ejus non deservit, quod per eum salutem operatur aliorum.

XIII. Sed dices. Actio sacramentalis Ministri in peccato existens est peccaminosa: ergo non potest esse a Spiritu Sancto, ut specialiter movente; ergo neque valida. Conf. prob. Actio enim peccaminosa esse possit esse a Deo motore generalis non tamen a Spiritu Sancto motore speciali; alias peccatum illud refundetur in Deum. Sicut diximus de prima Angeli operatione quae cum sit a Deo speciali motore, si est peccaminosa, peccatum in Deum refundetur.

Respondeo, dicitur conf. Est peccaminosa, quatenus actio sacramentalis, & applicans formam materiam secundum ritum ab Ecclesia statutum, nego aut. Quatenus actio humana ab homine, ut causa principalis morali procedens, nego. Actio igitur Ministri indigna sacramentum conficiendi, & potest sumi quatenus est actio Ministri, ut talis, & sic est actio instrumenti assumpta a Deo specialiter movente: & sic est actio bona nulla inquinata malitia. Potest vero etiam sumi, quatenus est actio humana procedens ab homine, ut causa principalis morali, & ei correspondet sicut & ceterae humanae actiones, & sub hac expressione, si procedat a Ministro indigno, est mala, sed non est a Deo speciali motore. Neque est simile de prima operatione Angeli ad hanc enim cum non possit Angelus deliberare se movere, debuit ubi omni formalitate a Deo speciali motore applicari; ideoque non potuit esse peccaminosa.

XIV. Secundo obijciunt. Si debita forma, aut materia, aut

intento Ministri desit, non conficitur sacramentum; ergo nec si desit debitus Minister, ac legitimus. Hic autem est, qui mundus est ab omni peccato juxta illud *Levit. 21. ver. 17. Omnis, qui habuerit maculam... non offeret panem Deo suo, nec accedet ad ministerium ejus: ergo &c.*

Respondeo, dissing. Conf. Si desit defectus essentialis, puta, si non sit Minister consecratus, con. Conf. Defectus congruitatis, & decentiae, nego conf. Hic autem est defectus prohibitis in Ministro. Unde August. *Tract. 5. in Joann.* Omnes dicimus, quia iustus oportet esse tanti Judicii Ministri. Sine Ministri iusti si volunt: si autem veluerint esse iusti, qui super cathedram Moysi sedent, sacrum me fecit Magister meus, de quo Spiritus ejus dicit: Hic est, qui baptizat. Quomodo sciamus, quia fecit? Scriba, inquit, & Pharisei cathedram Moysi sedent: quae dicunt, facite: quae autem faciunt, facere nolite: dicitur enim, & non faciunt. Videatur ibi S. August. Quod affertur ex Levitico non est ad rem. Ibi enim accutur a ministerio qui habent maculam in corpore; unde sequitur: Si carnis fuerit, si claudus, si parvus, vel grandis, vel virgo, natus &c.

XV. Neque dices, quod pravi Ministri sacramenta profanant. Nam respondeo, quod sacramenta profanant ex parte sua, ea indigne, & profano modo tractantes; non ex parte sacramenti, illud privando virtute: Non est inquit S. August. lib. 3. de Bapt. cap. 10. a quo profana, & adultera, super quam nomen Dei invocatur, etiam si a profanis, & adulteris invocatur: quia nec ipsa creatura, nec ipsum nomen adulterum est. Baptismus vero Christi verbis evangelicis consecratus, & per adulteros, & in adulteris sanctus est, quomodo illi si sint impudici, & immundi: quia ipsa ejus sanctitas polli non potest: & sacramento suo divina virtus assistit, sive ad salutem bene utentium, sive ad perniciem male utentium. An vero Soli, vel etiam lucerna lux, cum per canalem diffunditur, nihil inde fordidum contrahit: & baptismus Christi potest eumque sceleris inquinari? Multa alia Donatistae opponebant, quae omitto: cum ex illis, quae dicta sunt, respondere possit mecum Candidatus. Quomodo mox, in hoc Donatistae fuisse deceptos quod confunderent indignum sacramenti collationem cum veritate sacramenti, existimantes, sacramentum ab indigno collatum nullum esse, ideoque iterandum. Videri potest etiam Sancti Thom. 3. part. *Qu. 64. art. 5. Tum qu. 92. art. 5. 6. & 7. Tum qu. 38. Supplement. art. 3.*

## D U B I U M VII.

An in Ministro requiratur Sanctitas, ut Licit conferat Sacramentum?

## §. I.

## De Ministro Solemnitatis.

I. Minister sacramenti alius est ex officio, seu solemnitate; alius ex necessitate. Primus est, qui conficit sacramenta, ad id specialiter consecratione deputatus; qualis est Sacerdos Missam celebrans, absolvens a peccatis, & cum ritu, ac solemnitate baptizans. Secundus autem est, qui sine aliqua speciali consecratione, & deputatione sacramentum ministrat. Talis Ministri usus viget in Baptismo. Cum enim necessarius sit ad salutem, necessitate media, etiam in re susceptus respectu parvulorum; nec possit semper habere Minister consecratus, qui cum ritu, & solemnitate baptizat: voluit Christus, ut iis in casibus, quibus urget necessitas; nec posset haberi Minister consecratus, posset a quolibet sive Clerico, sive laico, sive viro, sive femina (ut in *Tract. de Baptismo* dicitur), abique solemnitate Baptismus conferri. In aliis autem sacramentis, quae tanta necessitate non sunt; vel quorum effectus alia via haberi possunt: noluit Christus, alium esse Ministrum, quam solemnitate, & speciali consecratione deputatum: excepto tamen Matrimonio, quod cum sit contractus, non exigit Ministrum consecratum, sed ipsi contrahentes probabiles Ministri sunt. Quamvis: An uterque Minister debet esse ita iustus, & sanctus, dum sacramentum conficit, ut peccet si talis non sit.

II. Dico ergo primo, Minister solemnitatis ministrans, in peccato mortali existens, peccat: & quidem mortaliter. Prior pars, nempe, quod peccat, probatur ex S. Thom. 3. part. qu. 64. art. 1. Tum quia: De Dionys. cap. 1. de Eccles. Hierarch. dicit, quod Malis non est facere nec tangere Symbola, id est, sacramentalia signa. Tum etiam quia: Aliquis in agendo peccat ex hoc, quod operatur non secundum quod oportet: sed conveniens est, ut sacramentorum Ministri sint iusti: quia Ministri debent Domino conservari, secundum illud *Levit. 19. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum.* Et Ecclesiastes, 10. secundum Iudicem populi, sic & Ministri ejus: Et ideo non est dubium, quia mali existentes se Ministri Dei, & Ecclesiae, in dispensatione sacramentorum peccent. Hinc S. Thom.

Hoc idem docent Patres; August. lib. 2. contra Epistolam Parmen. cap. 10. Omnia (inquit) sacramenta cum obis indigne tractantibus, profana tamen per eos digne sumuntibus, Concil. 1. in Psalm. 103. Videant, qualem rationem habuerit sint cum Deo, qui sanctus non sancte sumunt. Et *Tract. 5. in Joann.* Et ego dico, & omnes dicimus, quod iustus oportet esse tanti Judicii Ministros.

Videri etiam potest Hieronymum, super illud Sophon. 3. Sacerdotes polluantur, relatus Cap. Sacerdotes, 1. qu. 1. cuius sententia optime explicat S. Thom. infra qu. 82. art. 5. ad 1. dicens: quod Hieronymus per illa verba improbat errorem Sacerdotum, qui credebant se digne posse Eucharistiam consecrare, ex hoc solo, quod sunt Sacerdotes, etiam si sint peccatores: quod im-

Gesti Theolog. Tom. III.

probat Hieronymus per hoc, quod maculosi ad Altare accedere prohibentur; non tamen remouentur, quin si accesserint, sit verum Sacrificium, quod offerunt.

Habetur etiam in Jure, Tit. de temp. Ordinationum, cap. Quisquam. Ubi decernitur, Clericos inique viventes esse ad monendos, & sub interminatione divini iudicii obediendos, si non poeniterint, ut in susceptis Ordinibus non ministrarent. Et cap. Necessa est, 1. qu. 1. ubi Gregorius dicit: Necessa est, ut munda sit manus, qui diluere fordes curat. Et adducit illud *Isaie 52. Mundi estote, qui foris vasa Domini.*

III. Posterior autem pars, quod peccet mortaliter, habetur ex eodem S. Thom. 3. part. qu. 64. art. 5. citato, ubi sic prosequitur. Et quia hoc peccatum pertinet ad irreverentiam Dei, & contaminationem sacramentorum, quantum est ex parte peccatoris (licet sacramenta secundum se ipsa incontaminabilia sint) consequens est, quod talis peccatum ex genere suo sit mortale. Ex quibus hinc ratio conficitur. Peccatum, quod quantum est ex se irogat irreverentiam Deo, & sacramenta contaminat, est peccatum mortale: sed peccatum Ministri consecrati sacramentum indigne, quia in mortali, conscientis, irogat irreverentiam Deo, cui ut debetur, non se conformat; & contaminat sacramentum, quod sancte tractari debet: ad hoc enim fuit specialiter consecratus, ut sciret, se sancte sancta tractare debere; ergo &c.

IV. Confirmatur. Majori culpa se implicant, qui novae Legis sacramenta in statu mortalis culpe solemnitatem ministrant, quam olim Ministri Aaronici Legalia in illo statu obuentes; quia illa sanctiora sunt, quam fuerint illa: at, ut habetur, *Levit. 22.* Ministri Aaronici accedentes cum immunditia ad ea, quae consecrata erant, & quae oblata Deo, peribant coram Domino: & *Exod. 19. v. 22.* dicitur: Sacerdotes quoque, qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne peccent eis. Poena autem mortis non infligebatur, nisi ob peccatum mortale; ergo multo magis Ministri Legis Evangelicae &c. Unde Nicolaus I. in respons. ad consula Bulgarorum: Mali (inquit) bona ministranda se tantummodo talant, ut cerea fax accensa sibi quidem detrimentum praestet: alio vero lumine in rebus administrat: & unde alio commodum exhibet, tamen sibi dampnum praebet. Videatur S. Thom. etiam in 4. dist. 5. qu. 1. art. 2. qu. 4. & dist. 24. qu. 3. art. 3. qu. 5.

## II.

## Solutio Objectionum.

V. Obijciens primo. S. Thom. 3. part. qu. 64. art. 5. ad 3. dicit, bonitatem Ministri esse debitam secundum quantum decentiam: at quod est debitum decentiae, si deficit, non constituit peccatum, praesertim mortale: cum etiam sit debitum ad decentiam, ut Minister sit mundus corporaliter; & tamen si corporaliter immundus accedit, non peccat, saltem mortaliter; ergo &c.

Respondeo primo ad maj. S. Thomam velle, bonitatem ministri esse debitam secundum quantum decentiam; non quod non sit necessaria necessitate praeccepti divini, sed quod non sit necessaria, necessitate sacramenti, sicut si desit debita forma, vel debita materia.

Secundo, dico ad min. quod si indecentia sit talis, quae cedit in irreverentiam Dei, & violationem sanctitatis sacramenti, constituit peccatum mortale: talem autem esse indecentiam Ministri indigne solemniter ministrantis, aperte dicit S. Thomas ibi, in Corp. Talis autem non est immunditia corporalis.

VI. Obijciens secundo. Qui ex necessitate ministrat Baptismum, ut dicimus, non peccat, saltem mortaliter, quia intendit actum charitatis erga proximum exercere; peccator autem opus charitatis exercens non peccat novo peccato: sed etiam baptizans, ut Minister solemnitatis, intendit opus charitatis exercere; ergo &c.

Respondeo, discrimen esse. Nam qui baptizat in casu necessitatis, se habet ut persona particularis, ex charitate proximo suo subveniens: persona autem particularis proximo ex charitate subveniens, quavis in peccato sit, novo peccato non se maculat. Qui vero, ut Minister solemnitatis baptizat, non se gerit ut personam particularem, sed ut ministrum Dei & Christi, agentem opus illud ex officio, & ex iustitia. Minister autem Dei, & Christi tenetur in ministerio se conformare Deo, & Christo; tractans sacra ex officio, debet ea sancte tractare, alias si deest muneri suo peccat.

VII. Obijciens tertio. Ut quis digne suscipiat sacramenta mortuorum non requiritur, ut sit in statu gratiae: sed quamvis sit in statu peccati mortalis (ut in eo, qui est solum aeternus) adhuc digne suscipit; ergo a pari, ut quis digne ministrat, non requiritur, quod sit in statu gratiae, cum non major requiratur dispositio in isto quam in illo.

Confite. Si Minister deberet esse in statu gratiae quoties ministrat; esset semper perplexus, & anceps, an licite ministraverit.

VIII. Respondeo, neg. conf. & discrimen est. Quia suscipiens sacramentum mortuorum se habet per modum subiecti, tendens ad recipiendum primam gratiam: subiectum autem tendens ad habendam aliquam formam, debet quidem esse dispositum ad illam, sed illum in se habere non debet. Et ideo suscipiens sacramentum mortuorum debet quidem se disponere ad gratiam, sed gratiam habere non debet, alias eam primo non acquireret. At Minister se habet per modum agentis, conferentis gratiam nomine Christi: ut autem ea nomine Christi digne conferat, debet se auctori gratiae conformare. Quapropter Minister in sui consecratione specialem accipit gratiam, ut sacramenta ministrat in statu gratiae.

L a Ex







appareret, cum cum Arianis sentire. Si vero baptizandus esset infans in vite discrimine positus, nec alius praehereticum adesset, qui Baptismi ritum nollet; illum tali Ministro baptizandum offerre oporteret: nullus enim offensiois, & scandalum in hypothesi occasio praeberetur.

IX. Sed dices. Nemo venit crimini Constantino Magno, quod Nicomedem, instantem morte, ad Eusebio Episcopo Arianum baptizandum fuerit: sed illud factum Arianum sectae magnam auctoritatem conciliare poterat; ergo &c.

X. Respondo, neg. maj. Primo: quia Constantinum baptizatum fuisse, non Nicomedem, instantem morte, sed Romae a Silvestro confans, & verior Traditio est, quam defendit Baronius ad ann. Christi 324. n. 43. &c.

Verum quia moderni Critici in oppositum inclinant, nec ad rem praesentem spectat in hanc aeternam descendere; Eusebii historiam, qualemque ponderis sit, admittit: sed neg. et. & dicit quidem, quod Constantinus Crisostomus Episcopus solemniter ab eis baptizatus fuisse nullam tamen Eusebii Arianam mentionem facit. Deinde Eusebii, si Constantinum baptizavit, esse tunc secreto effectum Arianum, non tamen talem fuisse palam adhuc professum: imo videbatur Catholicus, & Nicenae synodo adherere. Tertio, tandem: dato quod Eusebii ibi adesset, ac palam Arianus Constantinum baptizasset, neg. min. Nemo enim sibi scandalum assumere poterat: aut Arianismo auctoritatem ullam, ex hoc conciliantem prudenter existimaret: sed potius id ex necessitate fidei, quique vir probus credere debuit. Cum enim Constantinus toto vita sua tempore fuerit maxime Catholicus, & Arianorum hostis infensus; & hoc omnibus, tum Catholicis, tum Arianis notum esset; ita ut, quando vixit, consensum Verbi in Nicenae definitam publice ausi non sint impugnare: ex hoc facto nec Arianis fidei quidquam arrogare poterant, nec Catholicis scandalum sumere.

## §. II.

## Resolvitur Secunda Pars.

XI. Deo primo. Minister sacramenti per se loquendo, tenetur non ministrare sacramenta indignis; ac proinde si sciens, ac certus hoc faciat, mortaliter peccat peccato fuerit: quia violat preceptum Christi, Matth. 7. v. 7. Nolite facilius dare canibus, neque mitti margaritas vestras ante porcos.

Ratio autem est. Tum quia: Minister debet esse dispensator fidelis, & prudens: non esse autem si bona Domini dispensare indignis. Tum quia: tenetur Minister non violare sanctitatem sacramenti, eam autem sic violat, dum scitis ministrat indignis, ut didicimus: ita dum scitis ministrat indignis. Adde, qui communicat peccato proximo, reus sit peccati: ac Sacerdos, qui sciens ministrat indignis, communicat sacramento recipienti; ergo &c.

XII. Deo secundo. Minister sacramenti potest, per accedens ad vitandum scandalum, & iniustam proximi infamationem, ministrare sacramentum etiam indigno. Hoc docent omnes: & ostendit exemplum Christi, qui ministravit Eucharistiam etiam Iude, qui sciret eum esse indignum. Et ratio est. Quia cum concurrunt duo precepta, praevalerit illud, quod magis urget; & pro eo casu esset obligatio alterius precepti sed magis urget preceptum vitandi scandalum: & non infamandi iniuste proximum, quam preceptum non ministrandi sacramentum indigno; ergo &c.

XIII. Hinc sequitur: peccatori oculo non esse negandum Eucharistiam, si publice ad eam accedat: scilicet si solus, ita ut possit illi negari sine scandalo, & infamatione. Minister enim porrigens Sacramentum indigno, ad vitandum scandalum, non cooperatur peccato indigni recipientis: sed facit ex iusta causa actionem ex se indifferentem: siquidem suscipiens potest famare digne, & per ipsum stat, quod sumat indigno.

XIV. Quapropter S. Th. Quolib. 5. a. 12. graviter peccaturum dicit Sacerdotem, qui oculo peccatori Eucharistiam porrigit, ut ex una parte ejus vixit infamiam, si denegat; & ex alia, ut reus sit indignae sumptionis, si concedat; Hostiam peti. Ille enim Sacerdos adhibere remedium pejus morbo: pejus enim est inducere furtorem in Sacramento, in quo totus Christus qui veritas est, continetur: quam porrigere vobis sacramentum indigno. Addit S. Th. quod Etiam Sacerdos, quantum in se est, populo servet idololatram occasio; qui quovis peccatum idololatris non incurrit, & aliam praebentem, Hostiam esse consecratam: tamen Sacerdos in hoc ipso, quod Hostiam non consecratam populo exhibet, admodum idololatris, crimen incurrit. Unde hoc in nullo casu est faciendum, ut Hostia non consecrata exhibetur uni, vel pluribus, tanquam consecrata. Debet ergo Sacerdos peccatorem oculum primo, quidem moneat, ut poenitentiam agat, & sic ad sacramentum accedat. Quod si poenitentiam noluerit, debet ei occulte ichthys, ne alii communicantibus in publico se immisceat: quod si se immisceat, debet ei dare Hostiam consecratam. Hec S. Th.

## QUESTIO VIII.

## De Subjecto Sacramentorum.

Um relativa simul sint cognitio, & Minister relative dicatur ad suscipiendum, ideo quoniam de Ministro scienda quoniam est de subjecto suscipiente sacramenti: nimirum, quas condiciones habere debeat subjectum, ut valide sacramentum suscipiat. De conditionibus enim ad licite, & digne suscipiendum, suis locis singulatim sermo erit.

## D U B I U M I.

## An in Suscipiente Sacramentum, requiratur Intentio, &amp; qualitas.

## §. I.

## De Subjecto Capax Sacramenti.

I. Praemittitur tamquam certum, solum hominem, & hunc viatorem, non Angelum, aut hominem vel jam beatum, vel damnatum, esse subjectum capax sacramenti. Ex hoc constat ex voluntate Christi, qui ita disposuit. Sacramenta enim sunt media, ac remedia, quae Christus Passione sua, ac redemptione instituit; ut eorum applicatione ipsius merita operarentur in suscipiente effectum redemptionis, nempe, liberationem a peccato cum originali, tum actuali, ac sternerent viam ad salutem aeternam. Christus autem factus est redemptio pro hominibus, non pro Angelis: soli homines viatores sunt capaces morbi, ac remedia, & in via ad salutem aeternam. Nam Beati ita eam possident; ut eam amittere, vel augere nequeant. Dammati vero ita eam amittunt; ut eam nulla via sperare possint; ac ita in peccato immobilis, ut ab eo nequeant dimoveri. Non quilibet tamen homo suscipit sacramenta capax est: nam sacramenti Ordinis sexus femineus capax non est. Hoc ergo praemissum.

## §. II.

## Resolvitur Prima Pars.

II. Certum est, in parvulis rationis usum nondum adhibentibus, & adultis, qui illum nunquam habuerunt, nullam requiri intentionem, aut dispositionem ad valide suscipiendum Baptismum, aut alia sacramenta, quorum capaces sunt. De adultis dubitatur, qui habent, aut habuerunt usum rationis. De his Cajetanus, in 3. p. q. 68. a. 7. docuit, per se loquendo, non exigi ad valide suscipiendum Baptismum intentionem, seu voluntatem; sed sufficere non inveniri obicem voluntatis contrariae. Glossa autem, C. Sacerdos de Consecr. dist. 3. dicit, quod Si Baptizans intendit Baptizare, qualemcumque intentionem baptizatus habet, recipit sacramentum.

III. Dico tamen cum S. Thoma, 3. p. q. 68. a. 7. In adultis, qui habent, vel habuerunt usum rationis, ad valide suscipiendum sacramentum requiritur aliqua voluntas, seu intentio illud suscipiendi. Colligitur primo ex illo, Matth. 23. v. 19. *Ecce ego mitto vos in mundum, baptizare omnes gentes*. Ad quod enim requirit Christus praevalentem ad Baptismum doctrinam; nisi qui vult, ipsum voluntatem suscipiendi, ab adultis? Et sane sicut fides debet voluntate suscipiendi, ita & Baptismus, quo homines fidei initiantur, & quo Christi fides promittitur. Praeterea S. Thoma, citatus sic ait: *Per Baptismum aliquis mortis veteris vita peccati, & incipit quantumdam vitam novam, secundum illud, Rom. 6. Consepisti sumus Christo per Baptismum in morte, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitae ambulemus*. Ex ideo sicut ad hoc, quod homo mortis veteris vita, requiritur usum liberi arbitrii voluntas, quantum ad mortis veteris vitam peccati, ita requiritur voluntas, qua intendat vitam novam, usum principium est ipsa suscipiendi sacramenti. Et ideo ex parte baptizantis requiritur voluntas, seu intentio suscipiendi sacramentum.

IV. Hinc cum non minus susceptio sacramenti, quam ejus ministratio debeat fieri modo humano voluntario, & libero: sicut in Ministro requiritur intentio, ut vidimus; ita proportionaliter in suscipiente. Unde praescribunt Canones, ut illorum voluntas exploretur, antequam Baptismate intendantur; si ve per se ipsos, si possint, si ve aliorum testimonio: ut statutum fuit, anno 398. in Concilio Carthaginensi. 3. cap. 24. & anno 441. in Arausico. 1. c. 12. Quae confirmat Augustinus, l. 4. de Bapt. contra Donat. c. 24. & Innocentius III. Cap. Major de Bapt. ubi ait: *Ille vero, qui nunquam confessor, sed poenitentia vivit, nec rem, nec charitatem suscipit sacramenti*.

V. Dico primo. Qui recipit sacramentum, habet se sicut patiens: ac intentio non requiritur ex parte patientis, sed ex parte agentis; ergo &c.

Respondet cum S. Th. 3. p. q. 68. a. 7. citato ad 1. Quod in justificatione, qua fit per Baptismum, non est passio cordis, sed voluntaria; & ideo requiritur intentio recipientis id, quod ei datur. Nam Deus (addit idem S. Th. q. 69. a. 9.) non cogit hominem ad justificationem. Et ideo ad hoc, quod aliquis justificetur per Baptismum, requiritur, quod voluntas hominis amplectatur Baptismum. Subdit Dominicus Soto, quod cum Deus omnia suavitius disponat, id maxime de fide, & Lege Evangelii constituit, ut nemo, nisi consentiens, Christianus fiat.

VI. Dico secundo. Nonnulli propterea inviti, ac reluctan-

tes faciunt sacramento Ordinis initiati; & tamen valide. Ut enim refert Theodoretus, Hist. PP. cap. 13. Macedonius solitarius fuit consecratus in Presbyterium a Flaviano invitus, & reluctans. Res ita cessit. Cum Macedonius virtus in ore, non in effectum esset, Flaviano Episcopo, tamquam si in eum ad se delata esset accusatio, eum a vertice montis, quem incollebat, abduci: cumque haberet ibi Altare paratum, adducit ad Altare Macedonium infirmum quid fieret, cumque in numerum Sacerdotum coarctavit. Finito sacro Officio, cum qui tunc significasset Macedonium, eum ordinatum fuisse Presbyterum; is primum omnes maledictis, & conviciis coepit latere; postea accepto baculo, cui propter senium innitebatur, & ipsum persequatur Pontificem, & quotquot aderant &c. Hec, & alia, quae subinde fecit, nonne indicant, eum propterea nolentem fuisse ordinatum? Et tamen valide: cum dicta Ordinatio rata fuerit habita a Flaviano Canonum peritissimo: & insuper ab omnibus Ecclesiis habitus fuerit ut verus Presbyter, Macedonium.

Item S. Epiphanius Paulinianum S. Hieronymi fratrem invitum, ac nolentem, primo quidem Diaconum, postea Presbyterum inauguravit. Eum enim per multos Diaconos apprehendit iussit, & tunc os ejus, ne foret liberare se cupiens, adjunxit eos per nomen Christi, & sic eum ordinavit. Diaconum, Presbyterum autem in sanctis Officiis: tunc cum ingenti difficultate toto ore ejus, ordinaverunt Presbyterum. Duplex hoc factum demonstrat, quarto seculo nullam requisitam fuisse intentionem in suscipiente Ordinem Sacrum.

Quae S. Aug. Tract. 16. in Jo. Invenit (inquit) quisquam Ecclesiam potest nolens, accedere ad Altare potest nolens, accipere sacramentum potest nolens: credere non potest, nisi volens.

VII. Respondet, Macedonium, & Paulinianum, utpote viros omni virtute praeditos, animique in omnibus Ecclesiae subditum habentes, virtutalem, & absolutum consensum in Ordinatione ipsi datam praestitisse: quod ostenderunt suae Ordinationis officia, absque ulla reluctantia postea exercentes. Illa vero obstitit, qua obnebantur, non indicabat, in eis fuisse absolutam contrariam intentionem recipienti Ordinationem; sed eorum summam humilitatem, qua se indignos judicantes, secluso absoluto Ecclesiae precepto, ac etiam vi coactivas, non fuissent in suam Ordinationem consensuri. De Pauliniano enim S. Epiphanius refert: *Valde quippe obnebantur, indignum se esse constans*. Eumque tandem fuisse persuasum, adeoque consentientem, indicant sequentia S. Epiphanius verba: *Vix ergo compulsum eum, & persuasum peritissimo, ut consentiret in Presbyterium* respondit *Scripturam, & propositionem mandatorum Dei*. *Et illam verbi, quibus ante susceperamus* (nempe, ut consentiret in Diaconatum.) *Quia quidem ejus consensum assensum in aeternae Ordinationis; non tamen ne contradiceret, sed ne ipse adjuvaret per nomen Christi, ut liber dimitteretur*.

Macedonium item non fuit infans actionis, quam circa se fieri videbat, nec repugnans; sed potestatis, quae ibi ea actione tradita fuerat: qua cognita, conviciis, maledictis, & baculo adstantes celsere coepit: non quia suscepit Ordinationem in se repugnaret, sed quia timebat, Ordinationem eum esse privatum, & circumscriptum, & ea, quam desiderabat, vitandi ratione. Ceterum, quod absolute consentiret, ex eo patet, quod Macedonium Dominica sequenti invitatus ad celebrationem respondit: *Non sustineo vobis ea, quae facta sunt; sed me vultis vultis officio Presbyterum?*

VIII. Neque nobis contrarius est S. Augustinus citato loco. Nam vel ibi loquitur de sacramento Eucharistiae; ad quod potest aliquis, sicut & ad Ecclesiam, & ad Altare coactus, & nolens accedere; unde ait: *Invenit quidam Ecclesiam potest nolens, accedere ad Altare potest nolens, accipere sacramentum potest nolens: credere non potest nisi volens*.

Vel non loquitur de eo, qui per vim coactus baptizaretur omnino, & absolute invitatus, & repugnans: sed de eo, qui prius nolens, & terroribus inducitur ad Baptismum accedit. Is enim licet secundum quid sit nolens; hic & nunc tamen absolute vult baptizari: ut enim talia mala evitet, voluntas ejus eligit Baptismum suscipere. Et de talibus Innocentius III. Cap. Major, intelligit decretum Concilii Toletani, in quo qui ad fidem coacti venerunt, eam retinere coartantur.

IX. Pro quo advertenda est S. Thomae doctrina, in 4. dist. 6. q. 1. a. 2. q. 3. ubi ait: *Sciendum, quod non requiritur in adultis voluntas absoluta suscipiendi, quod Ecclesia confert; sed sufficit voluntas conditionata, sicut est in voluntariis mixtis, ut dicitur in 3. Ethicorum, cap. 2. Et ideo si sit coactus mixtus, ita quod principium sit ex toto extraneo, nihil consentit ex vim passio, ut cum aliquis reclamans immergitur violento: tunc nec sacramentum suscipit, nec rem sacramenti. Si autem sit coactus inducens, sicut mixtus, vel flagellatus, ita quod baptizatus potius eligit Baptismum suscipere, quam talia pati, tunc suscipit sacramentum, sed non rem sacramenti* (id est gratiam.)

Hec S. Thom. Et merito. Quia, ut diximus agentes de voluntario, ea, quae sunt ex metu, licet conditionata, & secundum quid sint involuntaria; quia si possent quae vitare flagella, aut alia, quae metuit, nollet tamen absolute eligere, & vult. Sicut qui metu tempestatis proicit merces in mare, vult absolute, & simpliciter illas projicere; quamvis secundum quid, & sub conditione veller illas retinere.

X. Exquid tamen sacramentum Matrimonii, ad cuius validitatem non sufficit consensus, aut voluntas metu extorta. Nam qui sunt ex metu, licet iure naturae voluntarie fiant, & promittit tali iure tenentur: iure tamen positivo declarantur involuntaria, & nulla. Et quia Matrimonium, utpote contractus

tractus, subicitur iuri positivo, sicut & ceteri contractus humani: ideo postquam tali iure decretum fuit, contractum ex metu factum non esse validum; sacramentum Matrimonii non habet, quod requiritur ad sui validitatem, si fiat ex metu.

## §. III.

## Resolvitur Secunda Pars.

XI. Deo primo. Ad valorem sacramenti non sufficit in adulto, ut mere indifferenter, aut negative se habeat, illi nec consentiens, nec dissentiens; sed requiritur necessario intentio, seu voluntas illud suscipiendi, si ve praesens, si ve praeterita. Est contra Cajetanum, conformior tamen menti S. Thomae. Nam 3. p. q. 68. a. 7. ad 2. expresse dicit: *Si in adulto desset intentio suscipiendi sacramentum, esse re-baptizandum*. Nec valet responso Cajetani dicentis, S. Thomae loqui de eo, cui desset intentio per intentionem contrariam; non vero per statum neutrum, & indifferenter ad suscipiendum, vel non suscipiendum.

Nam primo. Sancti Thomae, h. 12. loquens de amentibus, & furiosis, qui usum rationis aliquando habuerunt: dicit, quod *Judicandi sunt secundum voluntatem quam habuerunt dum sana mentis existerent*. . . . *aliqui si nulla voluntas suscipiendi Baptismum in eis apparuit, dum sane mentis essent; non sunt baptizandi*. Et ibidem ad 3. de dormientibus dicit: quod *Dormientes non sunt baptizandi, nisi periculum mortis imminet; in quo casu baptizari debent, si prius in eis voluntas apparuit suscipiendi Baptismum, sicut & de amentibus dictum est (in corp.) sicut Augustinus narrat in 4. l. Confess. capit. 4. de amico suo, qui baptizatus est infans, propter periculum mortis; ergo non sufficit non contradicere Baptismo, sed requiritur positivus consensus si ve praesens, si ve praeteritus non retractatus.*

XII. Ulterius. In iis, in quibus non requiritur voluntas, aut consensus, voluntas contraria nihil obstat, sed impedit: necenter se habet. Quia enim ad venditionem captivi non requiritur ejus consensus, valide venditur captivus, est suae venditioni repugnans; ergo si ad suscipiendum sacramentum non requiritur voluntas, & consensus suscipiens; ita neque ejus contraria voluntas obstat, quin valide suscipiatur: sed hoc negat Cajetanus ergo debet fieri, ad valide suscipiendum, aliquam requiri suscipiens voluntatem.

XIII. Probatur insuper, praeteritum de Baptismo. Non potest adultus contrahere obligationem ad novam Religionem, & fidem, nisi positive id velit: sed suscipiens valide Baptismum contrahit obligationem ad novam Religionem, & fidem; ita ut possit cogi ab Ecclesia ad suam fidem servandam; ergo &c.

Si dicas: factis esse ad contrahendam obligationem, non habere voluntatem contrariam; ut patet in pueris, qui positivam voluntatem non habuerunt, quando fuisseperunt Baptismum, cum incapaces essent: quia tamen tunc non habuerunt voluntatem contrariam; possunt cogi ad servandam fidem, cum pervenerint ad aetatem adultam.

XIV. Contra est. Nam esto in iis, qui propriae voluntatis sunt incapaces, ad contrahendam obligationem sufficit voluntas alterius respondentis pro ipsis, ut in pueris: qui tamen proprie capaces sunt voluntatis, non possunt obligationem contrahere sine positivo propriae voluntatis consensu. Unde licet pupillus, qui propriae voluntatis civitatem est incapax, possit obligari per voluntatem iudicis: Major tamen obligari non potest, nisi propria voluntate. Quod docuit S. Augustinus, qui l. 4. de Bapt. c. 24. de pueris ait: *Ideo cum illi pro eis non respondent, ut implentur erga eos celebratio sacramenti; vult utique ad eorum consecrationem, quia ipsi respondere non possunt. At si pro eo, qui respondere potest, alius respondens, non fidem vult. Quia ratione Concilii Carth. 3. c. 34. & Arausico. 1. c. 12. supra laudata statuunt: quod aegrotantes, si pro se respondere non possint, ut baptizari possint, requiritur voluntas praeterite testimonium aliorum. Et in Catechismo Rom. S. Pii V. Tit. de Baptismo adultorum. Tum etiam in Romano Rituali, Pauli V. Iussu edito, cavetur, ne baptizetur adultus, qui fruentis rationis usu non potest, antequam in amentiam, aut subitum morbum, quo fuit correptus, & praeteritus acerbiter nec loqui, nec potest signum aliquod dare, incidit. Alioquin Gentilibus, qui nihil nunquam audierunt de Evangelio, statim si subito correpti morbo amutesscent, Baptisma conferre licet. Quod esse contra Canones, nemo non novit.*

XV. Obijciens primo Innocentium III. qui cap. Major, sic concludit: *Tunc ergo character sacramenti impii operatio, cum obicem voluntatis contraria non invenit obicem; ergo ad validitatem sacramenti sufficit non habere voluntatem contrariam*.

Respondet, neg. conf. Innocentius enim de iis loquitur, qui per infirmitate subita obmutescunt, Prius Catechumeni existissent, & habuissent propositum Baptismatis; unde supponit in eis non meram indifferenteriam, sed voluntatem positivam, saltem praeteritam.

XVI. Obijciens secundo. Idem est Episcopus, qui confertur adultis, ac qui confertur parvulis: sed in his non requiritur priorum voluntatem; ergo nec in illis.

Si dicas, esse quidem eundem Baptismum, sed non esse idem subjectum. Unde in pueris, qui sunt subjectum incapax propriae voluntatis, hanc non requirit, quam tamen requirit in adultis, qui sunt capaces. Sicut ad producendum gratiam in pueris, nullam requirit in ipsis dispositionem, quam tamen in adultis requirit.

XVII. Instabis. Peccatum originale, ad quod delendum per